



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Tertium Privilegium deputandi Orationum, n. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

& tunc illo, rite, uti, non veta-
buntur.

*Tertium Privilegium concessum Mendi-
cantibus deputandi Oratoria privata
in suis domibus, ubi per modum ha-
bitus indifferenter ab omnibus cele-
bretur.*

14. **E**Xtat de hac re privilegium
Patribus Societatis, & con-
sequenter ceteris communicanti-
bus concessum a Gregorio XIII.
post Tridentinum cum clausulis
illud sufficienter derogantibus, in
quo datur facultas, ut in Oratoriis,
& Capellis, quæ Provinciales So-
cietatis, per seipfos, domibus, Col-
legiis, & aliis locis, ubi aliqui So-
cietatis residebunt, approbaverint,
Missæ, & alia divina Officia cele-
brari possint, nullius alterius ad id
requisita licentia.

15. Differt autem hoc privile-
gium à præcedentibus. Illa enim
dant

a lo comp. Privil. Sec. V, Oratoria.

dant facultatem celebrandi in quocunque loco decenti, sed per modum actus, à solis Religiosis illis: hoc vero, in Oratoriis ad ipsum Sacrificium deputatis, sed per modum habitus, ac veluti permanenter, & quidem indifferenter ab omnibus. Ibidem posse Fideles satisfacere præcepto de audiendo Sacro, non est dubium, ut supra num. 6. in simili diximus.

16. Illud nota, Patribus Soc. adesse hanc restrictionem. *Non utantur Provinciales* (sunt limitationis a verba) *hac facultate, nisi in locis remotis ab oppidis, in quibus Ordinarii existunt, aut ubi probabiliter timetur quod illi, cum opus fuerit, difficiles se exhibebunt ad huiusmodi Oratoria deputanda.*

17. Vides restrictionem? qua, quia non tenentur alii Religiosi communicantes (cum supponamus à suis Generalibus non fuisse restrictos) libere Privilegio frui

a Ibidem.

frui poterunt. Patres autem Societatis in casu occurrente hujus restrictionis, vel recurrant ad suum R.P. Generalem, ut in simili notavimus n. 13 vel ad Episcopum, ut n. 2. dictum est.

§. IV.

De Oratoriis in domibus privatis de licentia Summi Pontificis.

I. **B**Reve Pontificium concedens Oratorium privatum hujus tenoris esse hodie solet.

Innocentius Papa X. Tibi *Dice-*
cesis Panormitana, qui; ut asseris, de
nobili genere procreatus existis, ut
in privato domus tua solita habita-
tionis Oratorio, ad hoc decenter muro
extructo, & ornato, seu extruendo, &
ornando ab omnibus domesticis usibus
libero, per Ordinarium loci prius vi-
sitando, & approbando, ac de ipsius
Ordinarii licentia, ejus arbitrio dura-
tura, unam Missam pro unoquoque die
dum-